

53 Disp. II. Part. III. de varijs mat: I. difficult. 54

actualitas, ergo habet propriam existentiam: minor patet ex superiori Resolutione, Major probatur: quando aliqua res habet suum prius, à quo naturaliter fluit aliquid posterius, habet quoque suum posterius, sicut quia risibilitas naturaliter fluit à rationali, ideo posito rationali sequitur naturaliter risibilitas, sed existentia habet pro suo priori actum entitatum rei, ergo eo dato pullular naturaliter ipsa existentia.

Quintus.

Quinto. Quando aliqua duo nullā distinctione ante opus intellectus facta distinguntur, ut se habet unum, ita aliud: aut quod habet unum, habet & aliud, loquendo in rebus finitis, sed ex doctrina nostra in *Metaphysica de distinctione existentiae ab existentia*, non modò non distinguntur formaliter, sed ne quidem per rationem ratiocinatam, ergo cum materia non habeat suam existentiam à forma, nec habebit ab ea suam existentiam.

Sextus.

Sexto. Si materia prima non haberet propriam existentiam à se, illam haberet aut à forma, aut à composito: sed neutrum dici potest: non quidem à composito; quia ipsa est quæ dat esse partiale ipsi composito, quod autem dat esse alteri, non potest ab illo suam habere existentiam, sed materia dat esse composito, ergo non potest ab ipso suam habere existentiam; quod nec eam habeat à forma, Ratio est; quia vel forma ipsi materia suam comunicaret existentiam, vel alienam: Non alienam, quia nemo dat quod non habet, debetur ergo eadem esse vtriusq; existentia: sed hoc est impossibile, quia diuersam habent productionem, diuersam habent existentiam, sed materia & forma diuersam habent productionem, nam materia sit per creationem à Deo immediate, forma verò ab agente per generationem.

Septimus.

Septimo. Primum recipiens distinguitur realiter à primo recepto; sed materia secundum se est primum recipiens, & forma primum receptum, ergo debet esse distinctione à forma realiter, & existentialiter.

Deniq; ingenerabile, & incorruptibile distinguuntur realiter à generabili & corruptibili: sed materia prima est ingenerabilis & incorruptibilis, formæ verò materiales sunt generabiles & corruptibles, ergo materia distinguuntur existentialiter ab illis, quia quod distinguuntur realiter, distinguuntur existentialiter, distinctione namque realis attenditur penes existentiam, non verò penes existentiam, habetur ergo ex his duobus argumentis ultimis, quod cum distinguantur inter se realiter, materia & forma, distinguuntur quoque existentialiter, & per consequens habent distinctas existentias, non ergo existentia materiae prouenient ab existentia formæ.

Confirmat: quia distinguuntur realiter realitate maiori, possunt separata remanere saltem per potentiam Diuinam, at quæ possunt separata remanere, debent posse separata existere, ergo quandoquidem materia & forma distinguuntur realiter, poterunt separata existere idéoque habebunt diuersas existentias. Adde quod prius non habetur à posteriori, prius autem est materiam esse, & existere quam formam, cum materia sit primū receptuum formarum, omne autem recipiens debeat esse existentialiter.

prius recepto. Quare concludendum est, materia, ex eo quod sit ens positum extra causas dici habere actum entitatum, ex eo vero quod sit praesens in rerum natura, dici habere actum existentiae, ille enim actus existentiae ab aliquibus vocatur *actus presentia*.

Mirandus vero hic videtur Ruuius in eo quod velic̄ materiam intra suam existentiam nullum actum habere entitatum, questione tamen immediate sequenti ipsi concedit actum existentiae independentem ab existentia formæ, sibi inquam, videtur contradicere, quia cum existentia nil sit aliud etiam ex mente Ruuij, quām existentia extra causas posta, si materia nullum existentiale habeat actum ex se, nec habebit ex se actum existentiae.

Resolutiontertia. Materia prima propriam habet subsistentiam. In opinione Scotifartum non habet difficultatem hæc resolutio, cum enim teneant materiam primam habere propriam existentiam, si possunt argumentari: quod existit per se & non in alio per inherētiam, subsistentia de se, & non in alio: sed materia prima existit per se ex superiori dictis, ergo subsistatur, & subsistit de se, id est habet propriam existentiam propriamque subsistentiam.

Quoad Thomistis vero, ut verum fatetur, Quodquidem ipsi materia primæ, & actum entitatum, & existentiam propriam dengent, debent denegare etiam ipsi materia propriam subsistentiam, hæc nostra mens, licet sic contra omnes fere, qui doctrinam Diu Thomæ profertur, excepto Molinā *prima parte*, quæst. 29. art. 2. desp. 3. & Fonsecā 9. *Metaph. cap. 8. q. 5. scđ 4.* Mihil tamen certa videatur, & ratio fundamentalis est, quia subsistentia est quidam actus; dividitur enim communiter ab ipsi Thomistis actus in informantem, & subsistentem, cum ergo dengent materia omnem actualitatem, debent etiam ipsi denegare omnem actum subsistentem: quidquid sit certum est materiam habere propriam subsistentiam.

Probatur *secundo Refolutio*: Illud, quod est subiectum reliquorum, quodque non inheret, non potest dici carere subsistentiam: sed materia prima est subiectum primum, nullique inheret, ergo habet propriam subsistentiam; minor probatione non indiget, maiorem etiam clara videtur, confirmaturque, quia quod se habet per modum per se stantis, habet peculiarem subsistentiam; sed quod est primum subiectum, quod nulli inheret, se habet per modum per se stantis, ergo habet peculiarem existentiam, quæ ratio valet etiam abstrahendo ab opinione Thomistica & Scotistica.

Objicies *primo*. Propria subsistentia reddit rem incommunicabilem; sed materia non est incommunicabilis, ergo materia non habet peculiarem subsistentiam: qui quod habet peculiarem subsistentiam est incommunicabile.

Respondeo, est incommunicabile per modum naturæ, id est reddit naturam, cuius est subsistentia incommunicabile, at non reddit incommunicabile per modum partis: quare subsistentia materiæ reddit materiam incommunicabilem formæ per modum naturæ, id est facit ut natura materiæ non communicitur formæ,

*Num. 21.
Determinat
autem quod
materia prima
ma habeat
proprium
subsistentiam,
Prob. primi.*

Secunda.

*Num. 22.
Rationes
contra refut.
ultimam
ponuntur &
soluntur.
Objicitur.*

Rsp.